

non essent baptizati, tamen per contritionem, & Baptismum in voto erant iam iustificati, proindeque capaces donorum Spiritus Sancti. Et Deus hoc visibili signo voluit condecorare, ac nobilitare hos primos ex gentilibus, ut obmutescere faciat Judæorum ora murmurantium de Gentium admisione ad Ecclesiam.

234. Syriac. *Verf. 45. Obstupuerunt ex circumfisione fideles Syriacus: mirati sunt, & dicitur ex circumfisione fideles, nempe Judæi conversi qui in lege Moisaica fuerant educati, in qua ejus initium erat circumficio, ut in lege gratia Baptismus. Quia in nationes. Græce Gentes, seu gentiles, sibi persuadebant Judæi Christum, Christi que gratiam, ac fidem ejusque Ecclesiam Judæis solum fuisse promissam, in eisque concludendam, & gentes ab ea esse exclusas.*

235. Syriac. Arabic. Ethiop. *Verf. 46. Audiebant illos loquentes linguis. Syriacus: loquentes, unaque lingua. Arabicus: Linguas externas. Ethiopicus: Loquentes in sermonibus regionum. Datum fuit eis linguarum donum ut in omnium idiomate Deo gratificarent donum acceptum fidei, & gratia divina, de quo participes facti sunt.*

236. Arabic. Pagnin. Tigrin. D. Chrysof. *Verf. 47. Nunquid aquam quis prohibere potest, Arabicus: Numquid veteri aquam Pagninus, Tygrina: Quominus aqua Baptizetur. Prohibebant, inquit D. Chrysofomus, Judæi spiritu carnali ducti quia illud bonum tantum eis datum putant. Qui acceperunt spiritum, sicut & nos. Si enim Spiritus Sanctus dono visibili eos replevit, sicut, & nos, non debemus eos a suis donis excludere, ut baptizetur, & ita hac optima ratione temulentiam Judæorum sedavit.*

237. Syriac. *Verf. 48. Iussit eos baptizari in nomine Jesu Christi. Syriacus addit Domini nostri Jesu Christi: & dicitur iussit eos baptizare per ministros, quos habebat dispositos, & ordinatos in Joppen. In Martyrologio secunda die Februarii dicitur Cornelium baptizatum à D. Petro, quod fieri poterat ob personam valde magnam, & insignem, nam Apostoli non baptizabant, ut ait Paulus 1. Corinth. 7. num. 17. Non enim misit me Deus baptizare, sed evangelizare, de quo Actor 19. baptizabant Apostoli per ministros à se ordinatos. In nomine Domini Jesu Christi, de hac forma Baptismi jam dixi supra cap. 2. num. 8.*

238. Martyr. *Quo autem anno hæc Cornelii conversio contingerit, non exigua est controversia. In qua sunt octo vel novem sententia: probabilis videtur accidisse anno Christi 37. de hoc Cornelio sic habet Martyrologium Romanum 2. die Februarii. Casarea in Palestina S. Cornelii centurionis, quem B. Petrus Apostolus baptizavit, & apud præfatam urbem episcopi copali honore sublimavit. Hujus Cornelii vita habetur apud Surium ex metaphrasto 13. Septembris in qua Lörinus multa teneri apocripha dicit.*

QUESTIO XXX.

Quare Cornelius cum suis sociis primus ex gentilitate conversus tantis signis condecoratus?

239. Communis vox Patrum, ac doctorum est Cornelium ex gentilitate fuisse conversum ad Christi fidem; nam vidimus alium centurionem Matthæi 8. Christum Dominum consententem cuius fides multum laudatur, sicut & mulier Chanaanæ Matth. 15. & etiam Eunuchus supra cap. 8. num. 3. Statuimus ergo Cornelium primum fuisse

Math. 15. Actor. 8.

baptizatum, ac conversum ex gentilitate, qui publice ac patenter est baptizatus, & primario, ac directe questus, & venit ad Christum ad suscipiendam ejus fidem; nam ille alter Centurio primario & per se venit ad impetrandam pueri sui sanitatem sicut & Chanaanæ pro filia salute, ad Eunuchum Philippus venit, & in via tamquam in occulto est baptizatus; At vero Cornelius patenter ac publice cum tota familia sua quærit Petrum, ut illuminetur, suscipiarque Christi fidem

240. Et valde festivo applausu, multaque solemnitate excipitur Corneli tota cum sua familia adveniens visibili signo Spiritus Sanctus infundens eis linguarum donum, ut in omnium linguis laudarent & glorificarent Deum.

241. Galat. 4. *Defumens ex Isaiæ 54. num. 1. locum Paulus ad Galat. 4. num. 27. ait: Latere sterilis, qua non parit, erumpe, & clamor, qua non parit, quia multi filii deserta magis, quam ejus, qua habet vitum. Per exultantem desertam intelligit gentilitatem, per eam qua habebat virum Synagoga. Isaias citato loco scribit, dicit Dominus, ut ita majorem suis dictis reconciliet autoritatem, quæ verba Paulus non apponit, quia notum experientia est, quantum messis Christiana in gentilitate cresceret, & augetur, quæ antea erat sterilis, & nullum parturiebatur, at sponsa Synagoga, ob malitiam suam sterilis facta est D. Hieronymus lib. 1. in epistol. ad Galatas cap. 4. ait: Non puto necesse de multitudine Christiana, & de Iudæorum paucitate dicam: cum in toto mundo Crucis vexilla resplendeant, & vix rarus atque notabilis in urbibus Iudæus apparet.*

242. Multa lætitia, exultatione lætatur Gentilitas, cum jam Cornelius, & tota ejus familia promissa gratia iam veniunt ad Christi fidem, & cum honore, & lætitia excipiuntur, cum venit Divinus Spiritus linguis igneis ut dixi in expositione, infidens super eorum capita tamquam diademate eos coronans. Offerunt sua munera in Sacrificio Cain, & Abel, Abel de primogeniis gregis sui, & de adipibus eorum, & respexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus, Genes. 4. num. 4. Et unde apprehenditur quod dominus respexit ad Abel, & munera ejus: communis est solutio, ignito radio veniente super sacrificium, & cur tam grande miraculum ibi est fuerunt præmissa, quæ de melioribus, & de pinguioribus oblata sunt Deo, & ideo animos offerentis maxime fuit nobilitandus, ac condecorandus D. Chrysof. homil. 18. in Genes. ait: Ut per hoc offerentis animus maiorem honorem haberet.

243. Egressus Jacob de domo patris sui cum iter faceret in Mesopotamiam, venissetque ad quandam locum post solis occasum, & voluisset recumbere Tulit de lapidibus, quæ jacebant in illo loco, & supponens capiti suo dormienti. Genes. 28. numero. 15. & ut dicitur in lib. Rabbith. supposuit tres lapides, qui in unum sunt conversi, & multa luce radiabat, viditque Scalam, & Dominum Scalam innixum, & Angelos ascendentes, & descendentes per eam, qui proculdubio multa fulgurabant luce, in quo Sancti Patres, & Doctores multa, magna que mysteria scrutantur, ac venerantur. Unde Jacob tot, & tantis mysteriis illustratur, & ut lapides tres sub capite in unum coalescant in typum Sanctissimæ Trinitatis, nota quæ sequuntur: Surgens Jacob mane tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, & erexit in titulum, fundens oleum de super vocit etiam votum, dicens: Si fuerit Dominus mecum, &c. Ibibem num. 20. quia, ut notat Philo. Lib. de somniis, D. Prosper de provid. Hic primus

240.

241. Galat. 4.

Ecclesiæ Christi

242.

D. Hier.

242.

243.

Gen. 28. Lib.

Philo. Lib. de somniis, D. Prosper

primus

Primus in voto multa luce fulget.

primus homo fuit, qui se Deo dedicavit, ac consecravit per totum, & qui in tam illustri facto singularique dei obsequio dedit lucem, primus Cælesti luce radiante fulget, ac nitet pleniusque tantis mysteriis illustratus resplendet.



CAPUT XI.

- 1. Audierunt autem Apostoli, & fratres, qui erant in Judæa: quoniam & gentes receperunt Verbum Dei.
2. Cum autem ascendisset Petrus Ierosolymam, disceptabant adversus illum, qui erant ex circumfisione.
3. Dicentes: Quare introisti ad viros præputium habentes, & manducasti cum illis.
4. Incipiens autem Petrus exponebat illis ordinem, dicens.
5. Ego eram in civitate Joppe orans, & vidi in excessu mentis visionem; descendens vas quoddam velut linteam magnum quatuor initiis submitti de caelo, & venit usque ad me.
6. In quod intuens considerabam, & vidi quadrupedia terra, & bestias, & reptilia, & volatilia Cæli.
7. Audivi autem, & vocem dicentem mihi: Surge Petre, occide & manduca.
8. Dixi autem: Nequaquam Domine, quia commune, aut immundum nunquam introivit in os meum.
9. Respondit autem vox secundo de Cælo: Quæ Deus mundavit tu ne commune dixeris.
10. Hoc autem factum est per ter, & recepta sunt omnia rursum in Cælum.
11. Et ecce viri tres confestim asciterunt in domo, in qua eram, missi à Casarea ad me.
12. Dixit autem spiritus mihi ut irem cum illis nihil hestans, venerunt autem mecum & sex fratres isti, & ingressi sumus in domum viri.
13. Narravit autem nobis quomodo vidisset Angelum in domo sua stantem, & dicentem sibi: Mitte in Ioppen, & accersi Simonem, qui cognominatur Petrus.
14. Qui loquitur tibi verba, in quibus salvus eris tu, & universa domus tua.
15. Cum autem cepissem loqui, cecidit Spiritus



ARGUMENTUM.

UT Petrus Iudæorum murmur compesceret murmurantium quod recepisset ex gentilitate Cornelium cum tota sua familia, eis exponit visionem, quam habuerat de linteo, atque etiam de gestis cum Cornelio, & quomodo etiam in Syria fidelium excreveret multitudo: Unde in Antiochiam mittuntur Barnabas, & Saulus & in Antiochia fideles primo Christiani nominati sunt.

A primo versu usque ad 17. refert D. Petrus visionem de linteo, ac simul Cornelii conversionem, quæ quidem manent explicata in superiori capite.

Act. 11. n. 18. His auditis tacuerunt, & glorificaverunt Deum dicentes: Ergo & gentibus penitentiam dedit Deus ad vitam.

Sanctus super eos, sicut & in nos in initio. 16. Recordatus sum autem Verbi Domini, sicut dicebat: Ioannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizavimus Spiritu Sancto.

- 17. Si ergo eandem gratiam dedit illis Deus, sicut & nobis, qui credidimus in Dominum Iesum Christum, ego quis eram, qui possem prohibere Deum?
18. His auditis tacuerunt, & glorificaverunt Deum, dicentes: Ergo & gentibus penitentiam dedit Deus ad vitam.
19. Et illi quidem, qui dispersi fuerant à tribulatione, qua facta fuerat sub Stephano, perambulaverunt usque Phœnicem, & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes verbum, nisi solis Judæis.
20. Erant autem quidam ex eis viri Cyprii, & Cyrenæi, qui cum introissent Antiochiam, loquebantur & ad Græcos annuntiantes Dominum Iesum.
21. Et erat manus Domini cum eis: multusque numerus credentium conversus est ad Dominum.
22. Pervenit autem sermo ad aures Ecclesiæ, quæ erat Ierosolymis super istis, & miserunt Barnabam usque ad Antiochiam.
23. Qui cum pervenisset, & vidisset gratiam Dei gavissus est, & hortabatur omnes in proposito cordis permanere in Domino.
24. Quia erat vir bonus & plenus Spiritu Sancto, & fide. Et apposta est multa turba Domini.
25. Profectus est autem Barnabas Tarsum, ut quaereret Saulum, quem cum invenisset perduxit Antiochiam.
26. Et a numerum totum conversati sunt ibi in Ecclesiâ, & docuerunt turbam multam, ita ut cognominarentur primum Antiochia discipuli, Christiani.
27. In his autem diebus supervenerunt ab Ierosolymis propheta Antiochiam.
28. Et surgens unus ex eis nomine Agabus, significabat per Spiritum famem magnam futuram in universo orbe terrarum, qua facta est sub Claudio.
29. Discipuli autem, prout quis habebat, proposuerunt singuli in ministerium mittere habitantibus in Iudæa fratribus.
30. Quod & fecerunt, mittentes seniores per manus Barnabæ, & Sauli.

Num. 19. Illi quidem, qui dispersi fuerant à tribulatione, quæ facta fuerat sub Stephano perambulaverunt usque Phœnicem & Cyprum, & Antiochiam, nemini loquentes verbum, nisi solis Judæis. num. 20. Erant quidam ex eis viri Cyprii, & Cyrenæi, qui cum introissent Antiochiam loquebantur ad Græcos annuntiantes Dominum Iesum.

Num. 21

Num. 21. Et erat manus Domini cum eis, multusque numerus credentium conversus est ad Dominum.

Versiones.

CUM EXPOSITIONE I.

- 1. Syriac. Lyran. Chrysol. 2. Lyran. Glosa. 3. Syriac. Arabic. Aethiop. 4. Arabic. 5. Vatabl. Lyran. Hugo. Caietan. 6. d. Chry. sol. Oecum.

let? Non potestate eorum ora obturat, ut poterat dicere, quis ex vobis vult me, meaque facta judicare; cum ego sim suum primum Ecclesiae caput. sed appositis rationibus eos convincit, facitque obmutescere.

In supremo, & alto iudicio Christus Dominus condemnans miseros, & deperditos, dicit illis: Discedite a me maledicti in ignem aeternum, esurivi enim, & non dedistis mihi manducare, sitiivi, & non dedistis mihi potum, &c. Matth. 25. num. 42. Nonne sufficiebat, quod sententia esset prolata a supremo omnium iudice, in quo nulla iniustitia umbra dari poterat, non sufficiebat, quod maledicti dicerentur a supremo Domino, ut inde omnis sententia proba existimaretur? Quid insuper, assignat causam & rationem suae sententiae damnantis: Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare, &c. O summum rectitudinis exemplar ait D. Paschas. lib. 10. in math. Etiam cum damnatis hominibus sua sententia causam objicit, sicut ejicientibus de templo dixit: Nolite facere domum Patris Dei domum negotiationis. Joan. 2. num. 16. Ut ita fiat evidens quod eorum damnatio non a iudice, sed ex eorum nequitia provenit.

Secundo tam late suae operationis tamquam Christi servus, cujus tota intentio erat pacem facere, pacemque reddere, primi, quos Christus ad suum Apostolatam vocat, sunt Petrus, & Andreas Matth. 4. num. 18. Vidit duos fratres Simonem, & Andream, vocavit eos, faciam vos fieri piscatores hominum, & addit Textus num. 21. Inde transiens vidit alios duos fratres Jacobum, & Joannem in navis resicientes retia sua, & vocavit eos. Ecce quatuor prima fundamenta Collegii Apostolici, in quibus illud supremum Christi officium inaitur erant enim homines sanguine fratres, ex eodem loco, ac urbe, & pares officio, utpote piscatores ut ex his summa pax, ac concordia denotaretur, quam ex tali fundamento in sua Ecclesia Christus plantabat. D. Chrysol. homil. 7. in Matth. ait: Erant habitazione Cives, dilectione concordantes officio pares, & fraternitate, ideo sic vocavit & istos ne bonis rebus conjunctos, dissimilis vocatio separet. Ut etiam similes, & pares in vocatione essent.

mandavit Deus Deuter. 16. num. 18. Iudices, & magistros constitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi, & etiam jam ab Abrahamo sedes in introitu civitatis constituta erat Genes. 23. num. 10. Cur non potius iudicibus designatur caetera in medio civitatis, ut ad eum aequaliter ex omnibus partibus litigantes confluerent, & non in ingressu quando homines fatigati saepe de itinere veniebant. Pulchram rationem excogitavit D. Gregor lib. 19. Moral. cap. 13. & ait: Ut tanto esset pacificus urbis populus, quanto ad hanc discordes ingredi non liceret. Certe agnoscens Dominus pestem urbis discordiam esse, ingressum in illa non quodammodo litigantibus interdixit, ut lite amota, controversia profligata, compositis cunctis, omnes in urbe amice, & pacifice convenirent.

Maxime notandum, quod saepe tribus levitica ac tribus regia copulabantur matrimonio. 1. Paralip. 22. num. 12. ubi Isebetha erat filia Regis Foram, uxor Joiada Pontificis & Sancta Elizabetha de filiabus Aaron Luc. 1. num. 5. Erat cognata Virginis Sanctissimae, ibidem num. 36. quae a Judas suum trahebat genus, ut notat D. Paulus Hebraeor. 7. Cur tribus regia, ac levitica mutuo uxores caperent, ac sanguinis foedere copulantur capita totius regni; Rex, & Pontifex, in quibus totum regnum

QUESTIO I.

Quare D. Petrus, tam sollicitus, ac efficaciter destruit murmuraciones contra se exortas?

1. Ait Textus num. 2 & 3. Cum ascendisset Petrus Alerosolymam disceptabant adversus eum qui erant ex circumcissione dicentes, quare introisti ad Tunc Petrus aperuit illis visionem de linteo, & quomodo Cornelius eum misit vocare, & ait Petrus num. 17. Et si Deus illis vult dare suam gratiam, quemadmodum dat nobis, quis prohibere va-

regnum tamquam in suis manibus, ac columnis innititur, cum ipsi ergo sanguine connexi essent corde, & animo etiam copularentur, ut cuncta placida pace florere, nam ex majorum concordia totius populi tranquillitas derivatur, Lyranus ait: Ut Rex, qui praesert in temporalibus & Pontifex qui praesert in spiritualibus essent magis concordet quoad populi regimen faciebat.

QUESTIO II.

Quare qui obmurmurabant, & loquebantur auditis verbis Petri tacent, & obmutescunt?

12. Multi ex Judaeis murmurabant, & obloquebantur contra D. Petrum, eo quod Cornelium, sua cum familia ex gentilitate recepisset ad fidem Christi, quod eis videbatur valde durum, & acerbum; ipsi enim existimabant, quod sicut salus Christi eis erat promissa, sic & illis solum erat, in quo maxime decipiebantur, quod altè, & sublimè ostendit Petrus, cujus verbis auditis ejus factum, doctrinamque maxime approbant, & sanctum judicant, ut notant hic doctores, mutantes suam sententiam, quod proprium prudentis, ac pacati animi est.

13. Cum Jacob regrederetur in Mesopotamiam, venit obviam frater suus Esau, & benigne, ac affabiliter salutari inter se offert se Esau, quod ipsum Jacob vult in itinere comitari, & cum eo pergere a quo Jacob multis se excusari dicit, quod vestigia fratris sui sequeretur, ut postea possint longum inter se habere sermonem: tamen Esau tetendit in locum, qui dicebatur Seir, Jacob autem Genes. 33. n. 18. Transiit in Salem urbem Sichimorum. Nonne ipse promiserat sequiturum fratris vestigia, qui profectus est in Seir, quomodo se transtulit in Salem. Nonne frater tuus moleste accipiet se decipi, & sicut antea te supplantatorem dixerat, nunc modo tuo facto idem confirmabit. Audivit Iacob quod Esau in Seir erat valde potens; timuit ergo ne memor paternae benedictionis ereptè se vindicaret, ac proinde ex nova noticia habita novum Consilium decrevit, & antiquum mutavit Dionysius Carthuf. ait: Non fuit diu libenter cum Esau, ne forte inciperet recordari praeceptorum, quae Jacob fecerat ei, verum amen Jacob non sequebatur eum in Seir, quia ex meliori deliberatione mutavit propositum. Expende ultima verba.

14. Secundo ad quaestionem: quamvis illi primi Christiani varia, & diversa intelligerent, tamen cum Petrus loquebatur, tanta erat ejus auctoritas in ecclesia, ut omnes ejus dictis acquiescerent. nec aliquis audebat loqui, & universi ejus doctrinae obtemperabant, ut vidimus superiori capite num. 45. & 46. quod illi, qui ex circumcissione venerant cum Petro ex Joppe obstupescerent de mirabilibus cum Cornelio, & caeteris gentibus patrat, quos ipsi a fide exclusos existimabant, tamen cum loquitur Petrus, quod Christi gratia est in omnes, & neminem a se excludit, & jubet eos baptizari, universorum lingua cessant nullusque est qui mutire audeat, sanctum, & rectum Petri factum approbantes, & Deum glorificantem ostendentes summam erga Petrum obedientiam.

15. Dicitur Numer. 31. num. 1. Locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Ulciscere prius filios Israel de Madianitis, & sic colligeris ad populum tuum, statimque Moyses: Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnam, qui possint ultionem Domini expetere de

Madianitis Statim Moyses festinus ad executionem Divini mandati nil respondens, sed totis viribus incumbit, ut omnes celeriter, & velociter arma arripiant ad bellum contra Madian. Cum audiatur ab ore Domini, & certè sciret, ultione peracta se à vivis abiturum esse; haec enim ad eum fuit vox Domini: Et sic colligeris ad populum tuum. O mira, & admirabilis celeritas in obediendo, quam nec mortis aspectus retardat, nec vivendi affectus impedit nec in uno verbo dicendo moras, connectit cum Deo, sed solum intendit mandati executionem. Lyranus ait: Ex eo patet fidelitas, & obedientia Moysis ad Deum, quia audierat dilationem mortis suae usque ad interfectionem Madianitarum, & tamen non propter hoc distulit pugnam contra eos, sed magis acceleravit. Qui enim obtemperando rectè cogitat, omnia impedimenta, ac motas solvit, ne rei sibi commissae deficiat, sed omnia adimpleat. Vide supra cap. 10. q. 8. n. 55. 56. 57. & q. 24. num. 188.

QUESTIO III.

Quare omnes tamquam uno ore Deum glorificabant?

16. Audito sermone petri non solum à sua mutatione de conversione gentium desistunt sed etiam omnes uno animo glorificaverunt deum, quia gentibus poenitentiam dedit Deus ad vitam & tamquam in hoc se mutuo exhortabantur, ut mutuo deum laudarent.

17. Ait Regius Vates, quod Deus semper sit laudandus, & in hymnis ejus decantandis nunquam quiescendum sit, & ait Psalm. 33. num. 1. Semper laus ejus in ore meo. Multus Dei amor, qui in ejus laudibus nescit finem, sed inde multo inajor, quod & alios urget homines ad ejus obsequium, audit vers. 4. Magnificate Dominum mecum, & exaltetis nomen ejus. magno zelo chorum vates cogit, & praecinit, ut succinant alii, Deumque alliciant suis concionibus. D. Basilius ibi ait: Non patitur ut ipse solus hymnum texat, sed mansuetudinis consortes facit, & hymnodia non solus vult esse in laudibus, sed alios, ut socios ad se convocat, tamquam de eorum salute, ac propria sollicitus.

18. Ait Isaias cap. 2. num. 3: ibunt populi multi, & dicent: Venite ascendamus ad montem Domini, mag. Isai. 2. na exultandi, ac lætandi ratio in eis inerat, quod Divina gratia essent praeventi, ut ad montem dei ascenderent, ad eumque patefieret aditus, cur tanto suo bono non quiescunt, sed inde magis solliciti alios ad se advocant: Venite, ascendamus ad montem Dei, preme verbum ascendamus, quod sic erant solliciti de aliena salute, ut si alii cum eis non ascenderent, ipsi sibi persuadebant se non ascensuros indeque ut de tanto bono participes fiant; alios sibi associari capiunt, quae est mens D. Hieron. ibi, qui ait: Gentos, & populi nequaquam propria salute contenti, se se mutuo hortabantur dicentes, venite, ascendamus.

19. Ait Anima Sancta ad Sodales: Egredimini filii Sion, & videte Regem vestrum Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater sua in die desponsationis ejus. Cantic. 3. num. 11. Quae te Virgo sapiens exagitat, ac movet, ut tuum sponsum videant si illum habes in sinu tuo, n. 4. quid amplius queris? si, ut ejus magnificentia, & pulchritudine illecta sodales ipsum diligat, ad quid in amoris negotio consortium sollicitas; amor enim divinus immunit.